

*que peritissimus fallitur*²⁰, ne veritas rei geste vos lateat, ipsam vos breviter refero in hunc modum: *Prepositura*²¹ *ecclesie Northusensis*^u *tanto tempore de iure vacaverat, quod eius collatio secundum Lateranensis statuta concilii*²² *fuit ad sedem apostolicam devoluta*, quamquam honorabilis vir, dominus Al(bertus), germanus illustris principis, domini *ducis Saxonie*, canonicus Moguntinus, *eiusdem prepositure possessioni pluribus annis incumbens ipsam de facto occuparet*. Tandem idem dominus Al(bertus) in presencia domini Johannis vicesimi secundi, divina providencia pape presentis, personaliter constitutus ipsam preposituram seu eius detentacionem *in manibus* ipsius domini pape resignavit, quam de iure et de facto *sic vacantem* idem dominus papa contulit domino meo Lu(dolfo), nunc preposito supradicto, ac sibi *de eadem*^v *providit* in propria persona coram eo constituto sub anno domini M^o C^oC^oC^o X^o VIII^o mense *Septembris*²¹. *Decrevit*²³ quoque ipse dominus papa *irritum et inane, si secus a quoquam super hoc quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum esset vel inposterum contingeret attemptari*, certis sibi executoribus deputatis qui *eundem dominum meum auctoritate apostolica in ecclesia Northusensi* predicta in prepositum recipi^w fecerunt et *in ipsius prepositure possessionem* seu quasi *mitti corporalem, de fructibus, redditibus et proventibus ipsius integre responderi*, ut hec omnia predicta per litteras super hiis confectas presencialiter hic ostendo.

Cum igitur Johannes de Fleckenstein^x, canonicus sancti Wydonis Spirensis, tacito de premissis falso suggererit illustri principi, domino Ludewico duci Bawarie, pro rege Romanorum se gerenti, dictam preposituram vacare, cum nec vacet de iure nec de facto, et se vobis ad eam taliter qualiter procuraverit presentari, patet presentationem nichil iuris in presentando habuisse, eciam si alias indubitatus patronus existeret prepositure^y prelibate^y, nec per consequens ipsum Jo(hannem) utpote apostolice provisioni in gracia speciali facte temere obviare volentem et in locum viventis ad dignitatem non vacantem intrudi affectantem nullatenus fore admittendum, inmo potius tamquam procacem et ambiciosum indignanter repellendum. Nullus

t) peritissimos Hs.; Vorlage: facti interpretatio plerumque etiam prudentissimos fallat. u) Norhusensis Hs. v) ea de Hs. w) recepi Hs. x) Bleckenstein Hs. y) prelibate prepositure durch davorgesetzte Buchstaben b und a umgestellt Hs.

²⁰) Vgl. Dig. 22.6 (De iuris et facti ignorancia). 2; dazu S. K u t t n e r, Kanonistische Schuldlehre von Gratian bis auf die Dekretalen Gregors IX. (1935) S. 151ff.

²¹⁻²¹) Die Vorlage ist Dok. Ia von 1318 Sept. 5.

²²) III. Conc. Lat. c. 8, Conc. Oec. Decr.³ S. 215 (= X 3.8.2, Friedberg 2 S. 488).

²³) Vorlagen für das Folgende sind Dok. Ia und Ib.